



*Venerabili Fratri Nostro*

*ANGELO S.R.E. CARD. SCOLA*

*Archiepiscopo emerito Mediolanensi*

*aureum presbyteratus iubilaeum feliciter recolenti, benigne  
gratulamur laetum hoc eventum pastoraleque ministerium in variis  
stationibus, communitatibus et officiis sedulo expletum, tum in  
provincia institutionis tum aliis in muneribus, sed etiam multa bona  
opera pro cuncta Ecclesia et Apostolica Sede actuose peracta, dum,  
intercedente Beatissima Deipara Virgine Maria, Regina Apostolorum,  
a Christo Bono Pastore optima quaeque ipsi expostulamus et  
Benedictionem Apostolicam, caelestium gratiarum pignus, amanter  
elargimur, preces pro ministerio Nostro Petrino exercendo poscentes.*

*Datum Romae, Laterani, die XXVI mensis Iunii, anno MMXX.*

